UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Glossa Ordinaria super Sexto Decretal. tit. de haereticis continens capita viginti, vt sup.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Visual Library

# GLOSSA ORDINARIA IOANNIS AND. SVPER SEXTO LIBRO DECRETALIVM TIT. DE HÆRETICIS.

## Cap. I. ſupra fol. 104.

QVoniam.] *incipiebat: Et ſi contra. Et bene de medietate decurata eſt.*

Canonibus.] *15.q.7.ſi quis timidus. & duobus cap. ſequentibus. & debent† eſſe ſex in degradatione preſbyteri, & tres in degradatione diaconi. Et idem in ſubdiacono videtur, vt ſupra de ſeruis non ord. miramur.*

† Vide quæ ſcripſimus io ... ſta p.3 in ... no modo pro ... ceſſum fidei terminandi.

Facili.) *Bene eſt poſſibile, ſed non facile: lex.n.debet eſſe poſſibilis.4.diſt.erit autem.*

Pro hæreſi.] *in alijs igitur criminibus ſi immineret degradatio facienda, ſeruentur antiqua iura:† quia in hoc crimine hoc introductum eſt ſpeciale. Ad idem infra eo.in fidei.*

† Hodie ſtandum eſt decreto conci. Tri. ſeſſ.13. de refor. c.4.

Relinquendus.] *quod dic vt ſupra de ver. ſig. nouimus. & infra de pœn.c.2.*

Immutandus.] *ſupra eod. excommunicamus 2. in fi. & infra eo. accuſatus in fin. & c. vt commiſſi. ver. & illorum, Ioan. And.*

Solus epiſcopus.) *excludit epiſcopos, non capitulum ſuum. ad idem 15.q.7.ſi autem. & §.ſeq. & c. epiſcopus.18.q.2.c.nullam.*

## Cap. II, ſupra fol. 104.

QVicunque.)

Scienter.) *Ignorantia ergo probabilis bene illos excuſat, ſupra de cler.excomm.miniſt. Apoſtolicæ.*

Sepulturæ.) *Sic & manifeſti vſurarij non traduntur ſepulturæ, ſupra de vſur. quia in omnibus. & qui moriuntur in torneamentis ſupra de torne.c.1. & de hoc de ſepul. ex parte, in vltima gl. Dicitur autem ſepultura multis modis, vt not. 13.q.2.§. item quæritur. & ſupra de ſepul.cap.pen.*

Vſque.) *hic licet ſatisfaciant, ſequi debet abſolutio, vt patet per iſtud quod ſequitur.*

Proprijs manibus.) *Nota caſum, quod poſſum per me, quod nõ poſſum per alium: de hoc dixi infra de reg.iur.poteſt. ſicut enim exhibuerunt membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ſic exhibere debẽt illa ſeruire iuſtitiæ ad iuſtitiam, ſicut dicit Apoſtolus Ad Rom.6.c. & ſunt hæc verba in canone.47. diſtinct. omnes huius.*

Publice.) *quia quæ publice peccantur, publice emendentur. de pœn. & remiſ.c.1.*

Extumulent.) *hoc verum intelligo, quando oſſa ipſorum poſſunt ab oſſibus aliorum diſcerni, alias ſecus, ſupra de ſepul.ſacris.*

Locus.) *punitur res inanimata: † ſic ſupra de pœn. in quibuſdam. ſupra de electione, vbi periculum. §.ciuitas. & infra de pœn.c.ult.in fine.15.q.1.mulier.*

† Ioan. Rojas ſing.102. Gõ ... Iul. de hære. ... 22.nu.5.

Laicæ.) *Forte intellexerunt de laico ad modum* A *vltramontanorum, qui illitteratos laicos vocat, & litteratos clericos vocant.88.diſt.in.c. inutile quid enim eſt dicere, quod ruralis clericus diſputando de fide non incidat in hanc pœnam, & doctor decretorum laicus incidat? tamen ſufficit ita eſſe ſcriptum & ſolũ duo ſunt Chriſtianorum genera, clerici & laici 12.q.1.duo ſunt, & concor.ad hoc. C. de ſumma trinit.l.penult.*

Innodetur.) *Nunquid per ſententiam vel ipſo iure? videtur quod ipſo iure, per id quod dicit, laqueo, quaſi ipſum factum damnatum illaqueet. In contrarium videtur, quia in penis benigna debet fieri interpretatio, ut infra de reg. iur. in penis. cũ ſuis* B *concor. Eſt igitur benignius, ut intelligamus, canonem eſſe ferendæ ſententiæ, quàm iam latæ: ergo eſt hæc pars amplectẽda. vt ibi. Ad hoc.9.diſtin.ſana quippe. præterea ſi voluiſſet, quòd eſſet canon latæ ſententiæ, dixiſſet, ſit innodatus, vel eo ipſo, vel ſimilia verba.*

Filij.) *nota caſum, in quo pro delicto paterno punitur filius.† hoc etiam procedit in crimine læſæ maieſtatis, quod eſt minus hoc crimine, quo læditur æterna maieſtas, ſupra eo. vergentis. Et ſi contra homines illatæ blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt, multo magis qui ipſum Dominum blaſphemat, dignus* C *eſt ſupplicia ſuſtinere, in authen. vt non luxu. contra natu.1.reſpon. & §.1.coll.6. nec debemus illius opprobriũ multũ dimittere, qui noſtra probra deleuit, ſupra de Iudæis, in nonnullis. quod enim in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. Manichæos. ad idem.17.q.4. ſicut. Alias regulariter pœna temporali non punitur vnus pro alterius delicto, quod dic ut not.1.q.4.in ſumma, & 24.q.3. in ſumma. Et intelligas hoc de filijs non infectis: illi enim punirentur. vt ipſi, ex proprio delicto, non ex alieno.*

† Alf. Caſt. li.2. de iuſta hæret. pun. c.9.10 & 11. Ioã. Rojas ſing.66. Hieron. Gigas de cri. læ. maie. lib.3.c.1. & multis ſeq.

Secundum.) *hoc intelligas ſecundum determi-* D *nationem decretalis, infra eo. tit. ſtatutum.2.*

Beneficium.) *large ſumitur. † de hoc dixi infra de reg.c.1.*

† Selua de beneficio. p.1. q.2. & 3.

Publicum.) *vt iudicatus, notariatus, & his ſimilia. ad idem, infra de pen. fœlicis. §. quod ſi quis, in princip.*

Dignitates) *nunquid & pontificalis † dignitas includitur? pro & contra, infra de pœn. felicis. §. quod ſi quis. in prin.*

† Selua de benef. p.1.q.5. nu.8.

Priuamus.) *nota ſpeciale: quia alias non refert, per quem preces offerantur. C. de preci. Impe. off. l. vniuerſis.*

Scienter.) *ſcilicet ſciendo illos, qui preces offerebant, eſſe tales.*

Etiam.) *quia maior eſt dubitatio, quàm ſi ante emancipationem hoc apparuiſſet.*

Deſierint.) *nota ergo, quod crimen hæreſis paternum*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ternum etiam antequam per eccleſiam fuerit declaratum, liberat a patria poteſtate filium, & ſic interdum paternum odiũ, interdũ filij fauor tale vinculũ ſoluit. 54. diſt ſi ſeruus, ſupra qui fil. ſint legit. per venerabilem. poſt princ. verſi. per ſimile. Io. And.*

Cap. III. ſup. fol. 104.

FIlij vel hæredes.] *abbreuiata eſt de narratione facti, & incipiebat: Olim ex parte. & dic filij. licet hæredes nõ ſint: intereſt. n. eorum, vt in c. prox.*
Hæredes.] *Etiam ſi filij vel propinqui non ſint. Et iſtorum intereſt † propter vitandam confiſcationem bonorum, vt ſupra de hæret. vergentis. & infra eo. tit. cum ſecundum leges.*

† Eymer. 3. p.q. 121. vbi dixi.

Non ſane.] *vnde quod tunc faciebant, non debet eis imputari: quia nullum maleficium ſine conſenſu. 14. q. 5. ſi quid. 16. q. 6. c. 1. in fi. ſed furioſus non habet conſenſum, vt ſupra de ſpon. dilectus. 25. q. 1. illud. ſup. de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. & ſupra de reg. ſicut tenor. Ioan. And.*

Viuebant.] *illi parẽtes, vel teſtatores cõſolati.*
Legitime.] *igitur nota caſum, in quo probatio non admittit probationem in contrarium.*

Alioquin.] *ideſt, ſi hoc legitime non conſtat: nec ipſi dum viuebant infamati erant, vel ſuſpecti.*

Præmiſſa.] *ſcilicet, quod tunc non erant ſanę mẽtis, vel loquelam perdiderant, nec habebant ordinatam memoriam.*

Fide dignos.] *hæc clauſula, quæ olim erat obſcura et dubia, cũ deliberatione fuit imutata: et bene.*

Cap. IV. ſupra fol. 105.

SVper eo.] *terminantur quę not. ſupra eo. tit. ad abolendam. §. illos. & c. pẽn. §. ſi qui. Io. And.*

† Eyme. 3. p. q. 100. & ibi dixi.

Legitur.] *13. q. 4. duo. & C. de ſum. trin. l. ulti. ad finem.*

Redeunti.] *vel redeundi. hinc eſt quod omnibus dicitur liberalis, ſupra eo. de reſcrip. ſedes.*

Quodque.] *repete, & ſuper eo, quod ſcriptum legitur, ꝑ. hi qui poſt, & cætera.*

Relinquendi.] *vt in prædicta decretali, ad abolendam, §. illos.*

Sedem.] *ad quam in talibus recurrendum eſt, vt ſupra qui fi. ſint le. per venerabilem.*

Denegãda.] *ꝙ ergo dicit prima auctoritas, intelligitur in ſalute animæ: ſecunda in corporali pœna.*

Cap. V. ſup. fol. 105.

IN fidei. *Decurtata eſt de narratione facti quæ olim incipiebat. Conſuluit.*

Inquiſitionis.] *quid ſi non procedatur per modũ Inquiſitionis, ſed accuſationis, vel exceptionis: Nũquid admittẽtur tales teſtes? videtur quod ſic: quia eadem ratio, ſcilicet fidei fauor, & odium criminis verſatur vtrobiq; ergo & idem ius. de reſcrip. inter cæteras. cum ſimilib. contrarium credo, quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales perſonas ad teſtimonium admitti non debere, nõ recedam, niſi quantum inueniam permiſſum, qui ergo accuſat vel excipit, habeat probationes idoneas: nec eſt accuſatio fauorabilis, vt inquiſitio. ad hoc. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. & verbũ iſtud debet aliquid operari, alias quare fuiſſet expreſſum? ad hoc de deci. ad audientiã. cũ ſuis cõcor. & infra de priui. ſi Papa. 1. reſpon. in fi.*

Excommunicati.) *ſimile infra c. proxi. tales. alias nõ admittuntur: immo etiam iudices ſæculares cenſura eccleſiaſtica cõpelluntur tales a teſtimonio in foris ſuis repellere. infra de ſen. excõ. decernimus.*

Particeps.] *quid de alijs † exceptis criminibus, an ſcilicet tales admittantur? dic vt ſupra eod. lib. teſt. c. 1. & ſupra de confeſ. c. 1. & 6. q. 1. §. verum. quid de periuris? habebis infra c. accuſatus. §. licet.*

Coniecturis.] *quas ipſe iudex examinans melius ſcire poterit. ff. de teſt. l. 3. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. & pone exemplum ſupra de præſum. litteras. & concor. infra eod. c. accuſatus. §. licet. Ioan. And.*
Deponitur.] *vt facilius credatur ipſis deponentibus contra infamatum vel ſuſpectum de hæreſi, quã contra non infamatum nec ſuſpectum. ad idem ſupra eodem, filij.*

Cap. VI. ſup. fol. 105.

PRæſidentes.] *Decurtata eſt de narratione facti, quæ incipiebat: Quæſiuiſtis.*

Excommunicati.] *Maiori excommunicatione, † & publice, vt ſit maior dubitatio. ad hoc de re iudi. ad probandum. de cleri. excommu. miniſt. c. ſi celebrata. Ioan. And.*

Officiales.] *nunquid officialis excommunicatus iudicare poſſit? dic vt ſupra eod. lib. de ſup. ne. præla. Romana.*

Diſpendio.] *quãdo ergo † ſine morę diſpẽdio hęc poſſunt. tunc excommunicati eſſent eos requirẽdo; qui communicans cum excommunicato, excõmunicatus eſt ſeruata diſtinctione, de ſent. excom. nuper. fallit hic. vbi ergo nõ eſt caſus iſte, nec fallit regula.*

Excõmunicationis.) *minoris, & ſi intelligeres quòd iſti eſſent excommunicati, quia iuriſdictionem iſtam exercebant: tunc qui communicarunt illis iuriſdictione, excommunicati eſſent maiori excõmunicatione. ſupra de ſen. excomm. nuper. & c. ſi concubinæ: ſed hoc ſpeciale eſt, quia illam pęnam euitant, & ſic dicamus, excommunicationis, ſcilicet etiam maioris, vel minoris; & facit quod dixi ſupra eo. lib. de ſupple. neg. præla. Romana.*

Prælibatis.) *ſcilicet excommunicatis, vel tãtum de facto iuriſdictionem habentibus; eſt ſimilis proteſtatio ſupra eod. lib. de ſta. regula. cap. uno. et ibi concor. in ult. gloſ.*

Cap. VII. ſup. fol. 105

CVm contumacia.] *Olim incipiebat: Conſultationi.*

Vehementem.) *nota ex hac † decretali ſuſpicionem vehementem, præſumptionem violentam: propter ſuſpicionẽ citatur ut veniat reſponſurus, ſi contumax eſt, iam dicitur vehemẽter ſuſpectus & excommunicatus: & ſi per annum in illa perſiſtit, tũ iſta, quæ erat vehemẽs pręſumptio, tranſit in uiolẽtam, vnde ex tunc hæreticus condemnatur, vt hic ea idem eſt quod notat Ber. ſupra de præſu. litteras: in gl. pen. quòd non vehemens præſumptio, ſed violenta,*

lenta,

*lenta,cõdemnationem inducit. Et eſt ſimile ad hoc, quod notatur de ſimo.inſinuatum. in vltimis gloſ.*

Reſpondeat.*ergo vt habeat locum hæc decretalis, requiritur quod hoc expreſſum ſit in citatione, vt ſcilicet de fide veniat reſponſurus †, ſicut & in ſententia requiritur,quod citata fuerit pars,vt veniat auditura ſententiam,alias ſine appellatione reſcindetur.ff.quę ſen.ſine appell.reſ.l.1.§.item cum ex edicto.*

† Circa hoc quid obſeruari debeat tradit Côradus Brul. 4.c.6. de hæret. & Simā. de catho.inſtit. tit. 44.nu.11. di. 3 infra par. 3 in forma citandi abſentem.

Hæreticus.*]ſic & in alijs criminibus excõmunicatus,quia non venit reſpõſurus de crimine, ſi in excommunicatione ſtat per annum; poſt annum habetur pro conuicto.11.q.3.rurſus,& c. quicunque.*

Cap. VIII. ſup. fol. 105.

ACcuſatus.] *Diuide Decretalem in quattuor partes: in quarum prima ponuntur tres caſus, quibus quis dicitur relapſus, & durat vſque ad §. licet vero. In ſecunda dicitur,quod periurus in cauſa hæreſis certis caſibus teſtimoniũ perhibet,& durat vſque ibi,ſane: vbi tertia,in qua ponuntur ſex caſus olim dubitati, an ad officium Inquiſitorum ſpectarent vſque ad §.religioſi. vbi quarta, in qua dicitur religioſos in hæreſi delinquentes, grauius alijs puniendos.*

Vehemens.*]non violenta,de præſump.litteras. & facit quod dixi ſupra c.proxi.*

Fictione.*] ideo dicit,quia vere non poteſt dici relapſus †,de quo non conſtat an fuerit lapſus, ſicut dicit canon,quod non poteſt dici renatus,qui prius non fuit natus,de conſec.diſt.inc.4.qui in maternis, & c.ſi baptizata. neque enim dici in eo regeneratio poteſt,quem generatio non præceſſit, vt ibi dicitur: propter uehementem ergo ſuſpicionem fingitur lapſus,ita quod poſt abiurationem rediens,fingitur relapſus. Sæpè enim iura talia fingunt.de hoc. 50. diſt.ferrum.*

† Eymericus 2. par. q. 49. & ſeq. & Zanch. de hæret. c.16.

Ex hoc.*]ſcilicet quia poſt abiurationem reperitur relapſus.*

Grauius.*]ſcilicet quam ſi nunquam abiuraſſet.*

Pœna.*]ſupra eod.ad abolendam.§.illos quoque, & ſupra eod.ſuper.eo.*

Secta.*]multas potes videre 24.quæſt.3.cap. penulti.*

Articulos.*]quos habes explicatos ſupra de Sum. Trin.firmiter.*

Simpliciter.*] per hæc verba puto,quod ſi abiuraſſet ſolũ in vno articulo † licet laberetur in alio, nõ diceretur relapſus. Et nota quod indiffinita æquipollet vniuerſali. Ad idẽ de priuilegijs ſupra, quia circa. Et nunquid de vno articulo infamatus, teneatur de omnibus ſe expurgare? not. de conſec.diſt.inc. 2.Ego Berengarius. Et puto hanc litteram pro illa parte facere,quod non teneatur: tamen ſi id faciat, vales & habebit poſtmodum locum pena relapſorum,& vt ſequitur.*

† Hodie omnes hæreſis abiurantur. Sim. de cath. inſtit. tit. 1. nu. 15. & tit. 57. nu. 7. direct. 3. par. in 4. modo procedendi terminandi.

Iudicari.*] contra.C.de tranſac. ſi de certa.ff.de tranſact.qui cum tutoribus.§.1.vbi generalis tranſactio reſtringitur ad id,de quo ſpecialiter actũ erat ſolutio,illa locum habet in non connexis: ſed hic omnes hæreſes ſunt connexæ,quia habent caudas ad inuicem colligatas,& de vanitate cõueniunt in id ipſum.ſupra.eod.excommunicamus.1. & 2. vnde nõ quærimus, an ſit relapſus in illã hæreſim,in quam prius fuerat lapſus,ſed quærimus ,an fuerit relapſus in hæreſim. Semel ergo lapſus in hæreſim,poſt abiurationẽ iterũ lapſus,licet ĩ alia ſecta,dicit relapſus.*

Munera.*]differentia eſt inter donum & munus. Munus enim ex cauſa datur, donum ex cauſa & ſine cauſa.ff.de verb.ſig.inter donum.*

Non poſſit.*]puta propter neceſſitatẽ famis.42. diſt in.quieſcamus 86.non ſatis.vel ignorabat illos hæreticos,& ſic per ignorantiam excuſatur. infra de reg.iur.ignorantia.*

Verbis veſtris.*]ſimile ſupra de reb. Eccl. non alie.hoc conſultiſſimo,& Clem.de priuileg.ca.1. de pęn.& remiſſ.cap.1.Ioan.And.*

B Id.*]ſcilicet receptare,deducere,viſitare,aſſociare,donare,mittere,vel fautorem impendere.*

Repellantur.*]6.q.1.quicumque.& ſupra de teſti.teſtimonium.*

Celando.*] duplex eſt forma iurandi,quod dic vt ſupra de accuſ.qualiter 2.*

Poſtmodum.*] ex interuallo,ut ſit hoc ſpeciale fauore catholicę fidei: alias nil eſſet hic fauoris, vt ſupra de teſti.cogen.c.præterea.*

Indicijs.*] ſic ſupra eodem,in fidei.& ſic per indicia ſtatur probationi.de hoc ſupra,qui fi.ſint leg. tranſmiſſæ.*

Aliud obſiſtat.*] quàm prędictum periurium. vnde ſi de falſo redarguerunt, non ſtabitur eorum dicto.de teſtibus.ex tenore.*

Priuilegiatum.*] not.magis priuilegiatum anteponi,ſupra de offi.leg.c.volentes.21.diſt. denique. ff.de offic.procon.l.vlti.*

Apoſtolica.*] multo minus alij.*

Saperent.*]ſicut eſt circa aras† idolorum,nefarias preces emittere,ſacrificia offerre,dæmones conſulere,eorum reſponſa ſuſcipere. 26.q.2.hi qui. & q.4.igitur. Vel aſſociant ſibi propter ſortes exercendas,hæreticos: vel faciunt prædicta cum ſanguine* D *vel corpore Chriſti,vel in ſortibus,vt poſſint habere reſponſa,puerum rebaptizant,vel his ſimilia.*

† Vide Auguſtinũ de Ancona in ſumma de poteſtate Eccleſiaſtica q.48.artic.3.

Manifeſte.*] ergo in dubio hoc caſu,non habent iurſdictionem. Et licet alias iudex cognoſcat,an ſua ſit iuriſdictio,& in dubio dicatur iuriſdictionem habere.ff.de iudicijs.ſi quis ex aliena.quę in ordinario loquitur: hic tamen niſi id manifeſte appareat, ſe non intromittit.& ſimile ſupra eod.lib.de cenſibus c.1.§.notoria.& infra de pęnis. c. 1.ſupra de offic.deleg.cap.vltim.*

Et contra illos.*]quaſi dicat multo minus ſi contra alios.*

E Offendiculum.*]Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus.& ſæpe qui ad vtrumque feſtinat,neutrum bene peragit.16.q.1.præsbyteros.& C.de aſſeſ.l.nemo.*

Hæreticos.*]cõtra ſupra eo.ti.c.pen.vbi defenſores,fautores hæreticorũ hæretici ſunt.ſolutio,nõ in fauente,& defendente,ſed in credente loquitur ibi.*

Ad ſalutem.*]vt puta,vt fundaret† vel ædificaret Eccleſiam, hoſpitalia, vel aliũ pium locum: vel faceret ſimile pium opus: ut in authen.de Eccle.tit. §.ſi quis ædificationem.coll.9.*

† Zanch. de hęr.c.28. nu. 56 Eymer.3. p. q. 120. ubi dixi.

Temporalibus.*]hoc dicit,quia ſecus ſi in ieiunijs,*

*nijs vigilijs, & orationibus, vel ſimilibus conſiſteret illa pænitentia idem eſſet, ſi nō poſſet illud iniunctum, licet ſalutiferum, expleri per alium: ſicut eſſet theologiam audire, vel ſimilia.*

Heredes.] *12.q.2.Epiſcopus, qui filios.de ſepul. c.vlt.de rapt.in litteris.*

Onere.] *16.q.1.ſi quis laicus.de deci. paſtoralis, & c.cū non ſit.C.de ſerui.& aqua, l.& in prouinciali, ſupra de pig.ex litteris.*

Extincto.] *crimina extinguuntur morte, vt 23. d.c.quorundā.33.q.2.admonere.ff.de his qui mor. ſibi conſci.l.vlti.ex quo ergo extinctum eſt crimen, & pænitentia non eſt impoſita pro crimine iam extincto, non imponetur vlterius.*

Caſu.] *ſcilicet, quia non fuit reincorporatus unitati Eccleſiæ.*

Poſt mortem.] *14.quæſt.2.ſane 2.& C.ad leg. Iuli.ma.l.vlti.& intellige hoc † vſque ad xl. annos, nam poſtea abdicari non poterunt, etiam à Romana Eccleſia à filijs catholicis, qui illa tanto tempore bona fide poſſederunt, quod verum eſt, ſi parentes catholici putabantur, ut ſupra eod.lib.de præſcript.cap.vlti.*

† Antonius Gomezius tom.3. varia. reſol.c.14. nu.5. Zanch. de hære.c.25. num.4.

Impedire.] *manifeſte, uel non manifeſte, dummodo hoc conſtare poſſit.*

Caſtigari.] *ſic infra de pænis.Romana.*

Delinquentis.] *nam grauius delictum, grauius eſt vindicandum.24.q.1.non afferamus, ſupra de exceſ.præl.tanta, & in æqualibus delictis æquales ſint pænæ.infra tit.proxi.c.vnico.in fi.*

Religioſi.] *iſti ſi reperiantur heretici, non ſunt dicendi religioſi, ſed religionis obumbratione fuſcati.ſupra eo.tit.ad abolendam.§.1.*

Immutationis.] *ſupra eo.tit.c.penult.*

Sæculares.] *ſcilicet clerici uel laici, & concor. optime ſupra ne Cle.vel mo.c.ſed nec.*

Conſimilibus.] *de quibua uidiſti ſupra §.proxi.*

Cap. IX. ſup. fol.106.

STatutum.

Directe.] *puta † ne aliquis ciuis illius loci accuſari poſſit, vel contra eum inquiri ſuper crimine hæreſis: vel quod nullus contra alium de crimine hereſis audeat teſtificari, vel his ſimilia.*

† Eyme. hac 2. p. q.54. & 3.p.quæſ.34. Carretius de hære. nu.93. Campeg. ad Zanc. c. 31.

Indirecte.] *puta, vt nullus poſſit de aliquo crimine puniri ab aliquo quàm à Poteſtate; vel ut nullus alius quàm poteſtas poſſit aliquem capere, uel capi facere; vel ut nullus, niſi ſit de familia Poteſtatis, poſſit arma portare, vel his ſimilia.*

Retardari.] *Nota contra generale illud. Quod differtur, non aufertur.14.q.6.c.1.*

Nomine.] *ſupra eod.lib.de elect.fundamenta.*

Moræ.] *nota moram uitandam: de hoc dixi ſupra de elect.c.ulti.*

Tale.] *ſcilicet quod directè, vel indirectè impediat uel retardet.*

Retardentur.] *unde à ſtatuto de non portandis armis, excipietur familia Inquiſitorum: & his ſimilia.*

Compellendos.] *ſic ſupra de iureiuran.ca.licet. de except.cap.fin.infra de ſenten.excommun. decernimus.*

A Cap. X. ſup. fol.106.

NE aliqui.) *Sicut officium legati non expirat re integra mortuo Papa, vt ſupra de offi. deleg. c.2.ſic & officium Inquiſitoris † hæreticæ prauitatis in fauorem fidei, re integra nō expirat, ut hic.*

Expiret.) *ſicut poteſtas delegatorum datorum ad cauſas, ſupra eod.de offi.deleg.licet undique. & c.gratum.& c.relatum.*

Incœpta.) *de quibus non dubitabatur, per iura proxime inducta. Et nota, incœpta: quia per quemlibet iudicialem actum etiā præter citationē, iuriſdictio perpetuatur, ut dici ſolet in decretali. de offic.*
B *deleg.licet.ibi uti non cæperit.*

Non cœpta.) *no.quia ſi hoc eſſet ſpeciale fauore catholicæ fidei, uti infra dicitur: ergo ubi non eſt fauor eius, contrarium eſt regulare: & ſic nota terminatam queſtionem, not.ſupra de offi.deleg.licet.qua quæritur, an perpetuatio facta in uno articulo, perpetuetur in alijs per eaſdem litteras, delegato commiſſis? ad idem ſupra eod.lib.de offi. deleg.c.ult.§. officium.& eſt in hoc differentia inter ipſum Inquiſitorem & conſeruatorem, ut ibi patet.*

Emerſerant.] *ut ſi tempore mortis Papæ non erat Titius hæreticus: poſtea lapſus ſit in hæreſim, de hoc poterit cognoſcere Inquiſitor.*

C In fauorē.] *ſic ſupra eo.in fidei fauorē.& ſupra eo.c.accuſatus.§.licet: cū ſimilib. multis in hoc ti.*

Cap. XI. ſup.fol.107.

VT officium.) *Diuido decretalem in tres partes, in prima informat Inquiſitores ad Deū, ut eius timorem hominum metui anteponant in procedēdo ſimul uel ſeparatim cōtra hæreticos & ſuos fautores, & etiam in eos abſoluendo cum uere redierint: & durat uſque ibi; uerum quia. ibi ſecūda pars, in qua inſtruit in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant uſque*
D *ad §.Compeſcendi.ibi incipit tertia pars, in qua eos inſtruit circa perſonas, per quas impediri poſſet, uel differri Inquiſitionis negotium.*

Prouincia.) *inſpicit factum, & idem ſi in ciuitate, diœceſi, uel alio certo loco.*

Vbique.) *ſic & ordinarius in qualibet parte diœceſis ſuæ poteſt cauſas audire, & pro tribunali ſedere.ſupra eo.lib.de offic.ord.cum Epiſcopus.ad idem de offi.leg.nouit.*

Separatim. †) *regulariter cōtra niſi ex forma cōmiſſionis id habeatur.ſupra de off.deleg.cauſam.&*
E *c.cum plures.ſupra eo.lib.Sed eſt hoc ſpeciale fauore fidei, ut efficacius, & c.ut ſupra dixi.& æquiparantur † in hac parte ordinarijs, quorum quilibet per ſe procedere poteſt.ff.de offi.procon.l.1.quod de ordinarijs intellige, qui in ſolidum iuriſdictionē habēt: ſicut eſt in ſcholaribus, Epiſcopis, magiſtris, & doctoribus. C.ne filius pro patre.authent.habita.ſecus in his, qui non habent in ſolidum, ſicut eſt cum capitulum cognoſcit: quia tunc quilibet ſingularis per ſe non eſt iudex.ad hoc quod not.15.q.7.Epiſcopus nullius.& de offi.ord. irrefragabili. & concordat ad hanc decre.infra eod.per hoc Ioan. And.*

Diuino.] *11.q.3.Iulianus. ſic ſupra eod.lib. de immuni-*

*immunitate Eccleſiarum.clericis.ad idem ſupra eo. vergentis.*

Procedatis.] *hodie reſtricta eſt poteſtas Inquiſitorum in quibuſdam, per clem.eod. tit. multorum.*

Labe.] *generaliter,uel ſimpliciter:uel dic de ea, de qua ſuſpectus,vel conuictus erat;de hoc dixi ſupra eod.accuſatus.§.1.*

Formam. *11.quæſt.3.cum aliquis.ſupra de ſen.excom.cum deſideres.*

Eccleſiæ.] *quæ gremium non claudit. ſupra eo. ſuper eo.*

Conſueuit.] *1.quæſt.7.quoties cordis. & cap. ſaluberrimum.de conſe.diſtin.2.Ego Berengarius.*

Simulata.] *27.diſt.quod interrogaſti.1.q.1.ſicut ficti.22.q.5. cauete.eſt tamen interdum vtilis ſimulatio 22.quæſt.2.vtilem,& dic de hoc vt ibi: & 24.quæſt.1.officij.*

Fallentes.] *mentiri Deo poſſunt: fallere autem ipſum non poſſunt:de conſe.diſtin.2.panem de altari.*

Lupum. *ſupra de renunciatione.cap.niſi.§.propter malitiam.& 23.q.4.ca.tres perſonas. & 81.diſt.cap.oportet.Ioan..And.*

Duas.) *integrum eſt enim iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur. ſupra de offi.deleg.prudentiam.ad idem.20.diſt.de quibus.*

Diſcretas.) *ſemper enim,quia graues cauſas eccleſiaſticas audiunt, habent eſſe diſcreti. ſupra de conſan.& affi.cap.1.*

Idoneos.) *ſic ſupra de probatio.quoniam contra falſam.& dic vt ibi.*

† Eymer. 5. p. q. 19. ubi

Præmiſſa.) *per hanc litteram bene patet, quòd tabellio factus monachus † nõ poteſt exercere,quoad alia,tabellionatus officium:et hoc etiam bene patet ex extrauaganti Bonifacij.debent ſuperioribus.de offi.ord.circa medium decre. & idem probabamus olim per decre.ſupra,ne cleri.vel mo.ſicut. per legem.C.de ſacroſ.eccleſ.lege ante pen.16.q.1.§.nouare.C.de epiſcopis.& clericis.leg.placet. notat tamen Guil.in Spec. de ſta.mo.ver.27. quod veteres rogationes compleuit,ſed nouas non aſſumet.ff.familiæ.er.leg.alienationes.ff.de poſtu.l.1.§.caſum.ff.de neg.geſt.nam & ſeruus.§.ſi vno.ad idem ſupra de Iudæis.Iudæi de ciuitate.cum ſimilibus.*

Canonis.) *ſupra ne cleri.vel mo.ſicut te.*

Præmiſſa.) *hoc eſt regulare vt dixi,ſupra, & 12.q.2.c.indigne.de ſen.excom.ſacro.*

Poſtpoſita.) *quid hoc operetur, habes ſupra de appel.paſtoralis.& not.eo.ti.vt debitus.*

Ipſos.) *ſcilicet quæſtuarios.*

† Eymer. 3. p. q. 17. ubi

Facultatem.) *hoc vult dicere, † quod ſi facta per Inquiſitores congregatione, pro negotio fidei, veniat aliqui de Rungiuallo,vel alij queſtuarij,& velint ibi prædicare, poſſunt compelli per cenſuram eccleſiaſticã deſiſtere.*

Auxilio.) *23.q.5.prodeſt.de offi.ord.c.1.*

Duabus.) *ſupra de reſcrip.nonnulli. quid dicemus de noua decre.ſupra eod.lib. de reſcript. ſtatutum? vides quod iſta decretalis fuit Clementis:& ſic quoad hoc videtur iſta decre.per illam correcta, cum ſit poſterior.ad idem ſupra eo.li.de conſti.ca.1.cum ſuis concor. Contrarium dico,† quia decretalis illa locum habet in litteris impetratis à parte*

A *contra partem:licet in conſeruatoribus locum habeat: vt ſupra eod.lib.de offi.deleg.cap.vlt.§.conſeruatores. Sed iſtud eſt quoddam ſpeciale fidei fauore, quod non tollitur per generalem conſtitutionem,licet poſtea ſubſecutam. ad hoc infra de reg.iur.generi.& quod ibi dixi.Ioan..And.*

Subiectis.) *quia extra territorium ius dicenti impune non paretur.de conſti.c.2.ſupra eod.lib.& ff.de iur.om.iudicum.leg.vlt. & hoc quod hic dicitur,habemus ſupra eo.excommunicamus 1.§.moneantur.*

Approbatas.) *Omnia enim noſtra facimus,quibus auctoritatem noſtram impertimur.C. de vete.* B *iur.enu.leg.1.§.ſed neque.*

Publicum.) *ſic infra de pœnis.felicis. & infra.cap.proxi.*

## Cap. XII. ſup.fol. 108.

VT commiſſi.) *Hic incipiunt decretales Bonifacij, & habent quidam hic rubricam de Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis: ſed non debet hic eſſe rubrica:& fuit error ſcribentium ex ſuperſcriptione proueniẽs,qui putauerunt quod Bonifacius viij.eſſet ſuperſcriptio,& reſiduum eſſet rubri*C *ca. Et comprehendit iſta decret.plura vtilia pro expediendo officio Inquiſitorum:dat enim eis poteſtatem committendi citationes,& ſententiarũ denunciationes,dat poteſtatem vocandi peritos, clerum, & populum,vt eis aſſiſtant:dat poteſtatem procedendi,contra illos,qui de ſua in aliam prouinciam ſe tranſtulerunt,dat poteſtatem repetendi libros et proceſſus,cõmutandi & mitigandi pœnas,priuandi & priuatos nuntiandi officijs & honoribus hæreticos,fautores,& defenſores, eorum;ita tamen quod hoc fiat de diœceſanorum,vel in eorum abſentia,Vicariorum ſuorum:niſi ijdem ſcienter talibus beneficia contuliſſent.hoc dicit.Ioan..And.*

D Veſtigijs.) *in diuerſis commiſſionibus,quas ſuis temporibus fecerant Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.Ioan..And.*

Singulis.) *poſſunt enim procedere ſimul & diuiſim,ſupra cap.prox.in prin.*

Sententiarum.) *has etiam committunt conſeruatores:ſed de Inquiſitoribus maior erat dubitatio,quia illorum miniſterium videtur electum.ſupra de offi.deleg.cap.vlt.*

Tuleritis.) *vide infra circa fi.cap. ibi, plenam concedimus facultatem:& hoc idem repetas in fi. cuiuslibet verſiculi.*

Expedierit.) *ſic ſupra eod.cap.1. & cap. proxi.* E *§.verum.& infra eod.cap.vlt.*

Procedendi.) *quid in caſu conuerſo, in eo ſcilicet,qui alibi crimen hæreſis commiſit, & modo eſt in prouincia huius Inquiſitoris? dic quod poterit cognoſcere,quia vbi inuenitur,conuenitur quis de crimine.C.vbi de cri.agi oport.leg.1. & ſic ſecundum hoc eſſet reperire,quod interdum duo Inquiſitores cognoſcerent:pone,peccauit in Rauennate, & tranſiuit ad Mediolanum: ſecundum hoc Rauennas & Mediolan. poterit cognoſcere,nec eſt mirum, vt infra eod.cap.per hoc.*

Quibus

Quibuslibet.) *ſiue ſint ipſi ſcribentes, vel alij, quicunque ad quos quomodocumque peruenerint dicta ſcripta.*

Vel mutandi.) *regulariter contra. ff. de reg. iur. l. Paulus. & l. acta. §. 1. & ſupra de offi. dele. in litteris. functus eſt enim iudex officio ſuo iudicando bene vel male, vt ibi.*

Honoribus.] *nota quod in ea parte, qua priuat, vel priuatos denunciat dignitatibus ecclaſiaſticis, & eccleſiaſticis beneficijs, requiritur cōſilium diœceſani, vel eo abſente, eius Vicarij, quia ſicut inſtitutio fit eis auctorizantibus, ſic etiam debet fieri deſtitutio. de inſti. ex frequentibus, de hære. cum ex iniuncto. in fi. ſed cum priuat officijs publicis, & honoribus, non requiritur conſilium eorum, vt patet ex ordinatione iſtius litteræ, & ideo quia ceſſat in illis ſuperior ratio.*

Scienter.] *ſic ſupra eo. c. 2, §. ad hæc. & infra eo. decreuit. & præſumentur ignorare, niſi probentur ſcire. infra de reg. iur. preſumitur. ff. de probationibus. verius, quod ſane intelligas, vt not. in dicta regula, præſumitur.*

Puniendos.] *quia vnde debetur pœna, non venit præmium. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium, §. 1 & 2, in fi. 10. q. 1. c. legi. cum ſimilib.*

C

## Cap. XIII. ſup. fol. 108.

COntra Chriſtianos.

Redierint.] *forte prius fuerant Iudæi, † poſtea facti ſunt Chriſtiani. iſti dicuntur redire: hi qui nunquam fuerant Iudæi, ſed ſemper Chriſtiani, illi dicuntur tranſire.*

† Eymer. hac 3. par. q. 44. & ibi dixi.

Infantes.) *ſcilicet minores ſeptennio, vnde videbantur non obligati ad fidem: quia ætas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. vnde nec ſponſalia tales contrahere poſſunt. ſupra eo. lib. de ſpon. c. vno. Sed contrarium eſt verum, quia tali ſacramento obligati † ſunt etiam ignorantes. ſupra de bap. maiores, de conſ. diſt. 4. quæris. & ratio ibi patet in parte prima. & not. de hoc. ead. diſt. c. nihil. ſicut et punitur etiam ignoranter rebaptizatus, ea. diſt. quibis. & c. ſeq.*

D

† S. Thomas 3. p. q. 68. ar. 9. Sotus in 4. diſt. 5. q. 1. ar. 9.

Abſolute.) *ergo abſolute coactus non recipit ſacramentum baptiſmi; ſed conditionaliter, & metu mortis coactus, bene. 45. diſt. c. de Iudæis. ſupra de bap. maiores. coacta enim voluntas, voluntas eſt. 15. quæſt. 1. merito quæritur. eſt autem abſoluta coactio, cum quis inuitus, renitens, & reclamans fertur ad fontes, & cum verborum prolatione immergitur: & eſt ſi. 50. diſt. presbyteros. ſupra quod metus cauſa, cap. ſacris. vbi de hoc in 1. gloſ. Ioan. And.*

E

Iudæos.) *non ergo poſſunt iſti ſe iuuare per profeſſionem, quam contempſerunt. C. de apoſta. l. hi qui ſanctam. licet alias infidelis non recipiatur ad teſtimonium ſupra de teſti. c. 1.*

Procedendum.) *Erit ne per iſtud c. canon. ille correctus. 1. quæſt. 4. Iudæi, vbi dicitur quod bona Iudæorum deuoluuntur ad catholicos filios: ſed bona hæreticorum ſunt confiſcata. infra eod. cum ſecundum. quia correctio iurium eſt vitanda. Dicendum videtur quòd non, vt iſtud capitulum loquatur de pena perſonali, non de damnatione bonorum: maxime quia hæc noua iura, quando corrigere intendunt, hoc exprimunt. ſupra de conceſ. præben. cap. 2. infra de ſenten. excom. c. vlt. contra videtur cum aperte dicat eos puniendos vt hæreticos, ergo ipſorum bona non deuoluuntur ad filios. infra eo. cum ſecundum, quod tutius videtur. nec eſt neceſſe quod noua lex corrigens præcedentem, de illa faciat mentionem. ſupra eo. lib. de conſti. cap. 1.*

A

## Cap. XIIII. ſup. fol. 109.

B

DEcreuit.) *In commiſſionibus, per eum factis ſuper hæretica prauitate.*

Confiſcari.) *vt ſic mulier † mariti odio non grauetur. infra de reg. iur. non debet. cum ſuis concor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro ma. per totum niſi in cauſa primipilarij. C. in quib. cauſis pign. vel hypotheca contrahi. leg. ſacris.*

Tunc.) *ſcilicet tempore contractus. ergo ſi tūc ignorabant: licet poſtea ſciuerint, nō habet locum pœna, vt ſic inſpiciatur initium. ſupra de emp. & ven. cum dilecti. præſumuntur autem ignorare, niſi probentur ſcire. ff. de proba. verius. de hoc ſupra ca. 2. & infra de reg. iur. præſumitur.*

C

## Cap. XV. ſup. fol. 109.

STatutum.

Innocenti.) *Si loquatur de quarto, habemus id in commiſſionibus per eum factis: vt dixi ſupra ca. prox. ſi dicamus de tertio, poſſet loqui de decretali. ſupra eod. vergentis, & cap. excommunicamus. §. credentes.*

Alexandri.) *IIII. ſupra eod. quicunque. §. hæretici.*

Inanc.) *hucuſque durat antiqua conſtitutio, modo ſequitur declaratio, in qua declarātur not. per Hoſtien. ſupra eod. vergentis. Et hanc declarationem † ſic intelligo: ſi Titius fuit hereticus, receptator, fautor, vel defenſor: & habuit filium, vel filiam, vterque ipſorū ſubiacet prohibitioni: & ſi ille filius habet filium, ipſe nepos ex filio prohibitioni ſubiacet. Sed ſi filia habeat filium, nepos ex filia non ſubiacet huic prohibitioni; item ſi mulier aliqua eſt hæretica, & habeat filios, ſoli filij includūtur hac prohibitione; ſed nepotes ex filijs non: & hoc intendit hæc declaratio. Et hoc ſecundo caſu cum mater fuit hæretica, intelligas verum, ſi pater fuit catholicus, vt eius reſpectus non habeatur, & facit in hoc id quod not. † Accur. C. ad leg. Iul. ma. leg. quiſquis. vbi dicit, quod eadem eſt pœna, cum mulier committit crimen læſæ maieſtat. quod deſcendētes ſicut cum vir. Eſt tamen ſciendum, quòd vbi alias non caueretur de deſcendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per ſententiam iuris, vel hominis: vt infra de pœnis. vbicunque. ſed quòd filij etiam filiarum includerentur, videbatur probari per decret. ſupra de pœnis. in quibuſdam. §. ſacri. vbi punit poſteritates, & infra titul. proxi. cap. vno. & videbantur illi puniri et per verba, & per mentem: per verba, quia ſunt deſcendentes, & à verborum ſignificatione non debet recedi.*

D

E

ff. de

ff.de leg.3 .non aliter, & differentia agnationis,& cognationis hodie ſublata videtur,in authen.coll.9. de hære.quæ ab inteſtata.deſe.& de mente idem ui debatur, quia voluerat conſtitutio punire hæreticũ in filijs.24.quæſt.3.c.cũ ergo.§.ſed qui.& ff.quòd me.cauſa.leg.iſti quidem.ſi enim ex vnica filia nepotem haberet,& ille non includeretur, non puniretur in filios.idem videtur de mente:ideo,ne quis ducat filiam hæretici in vxorem,ſicut enim vir infidelis ſaluatur per mulierem fidelem , ſic & damnari poſſet.arg.de diuor.gaudemus.vnde qui emit mancipia,de origine ſolet quærere.ff.de ædil.edi. quod ſi nolit.§.qui mancipia.Sed de iure ſecus eſt,vt in prędicta decret.vbicunque. infra de pœnis.in fin. vbi aliud cauetur,vt hic,& bene facit. ff. de ſenat.leg. liberos.vbi dicitur ſenatores vocari debere ipſos ſenatores,& filios eorum,& nepotes natos ex eis:nepotes uero ex filiabus nati, ſenatores non dicentur, ſed patris ſui conditionem ſequentur.

Primum,& ſecundum gradum,) ideſt filios. & nepotes:& hoc patet etiam ex §.ſequenti.& ſupra eo.tit.ut commiſſi. ad fi.& eſt caſus quo filius punitur propter delictum patris. de hoc dixi ſupra eod.cap.2.§.hæretici.

Volumus.)ſupra dixit,declaramus,hic dicit, nolumus:quia inquantum punit deſcendentes per maſculinum,declarat ius uetus:inquantum deſcendentes per fęmininum,ſtatuit ius nouum.ad idem infra de pœnis. ubicunque . & bene facit hæc littera, ad quæſtionem,quæ quæritur,† an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & videtur quod nõ:quia non ſunt in patris poteſtate. inſti.de nup.circa fin. ſed quod poteſtas nil operetur, probat hæc littera, quæ punit deſcẽdentes per maternam lineam primi gradus,cum tamen filius in poteſtate matris non ſit.& hoc eſt ęquum,ne plus habeat luxuria quàm caſtitas.in authen.de reſti.& ea quæ pa.in fin.coll. 4.licet interdum ſecus,ſupra de biga.quia circa. Verum eſt tamen, quod iſti alio capite prohibentur a ſucceſſione,ut ſupra qui fil. ſint leg. per uenerabilem.in fin.& ab honoribus.56.diſtin.per totum.ſupra de fil.preſ.per totum.

† Gonsal. [illegible] q.23.num.3. & 4. Cyme. & Bald. l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſtat. Gigas de cri. læsæ maieſt. lib.3.q.7.

Eſſe.) nunc,quia uiuunt.

Reincorporatos.) quia lapſi fuerant ſimpliciter,non relapſi. de quo dic ut ſupra eod. accuſatus.

Inſiſtunt.)ad hoc ſupra de temp.ord.ex tenore. & ſupra de furtis,cap.ult.

Parati )ex quo non ſtat per eos,non debet ei imputari.de hoc ſupra de eo,qui mit.in poſ.c. 1. & 3.

## Cap. XVI. ſup. fol. 109.

INquiſitores.)Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi ſine ſpeciali mandato non inquirit contra epiſcopum: ſed eum culpabilem ſciuerit,nuntiat Papę.

Quibuslibet.)de quibus minus dubitatur.

Apoſtolicæ.)nota hanc litteram:non dicit in litteris commiſſionis Apoſtolicę,uel aliorũ , a quibus deputati fuerint,ſecundum quod dixerat in princ. p quod omiſſum uidetur , quod Inquiſitor deputatus ab alio quam à Papa , etiam ſi habeat expreſſum mandatum, inquirere non poſſit contra epiſcopum. & licet antiqua iura dicãt,quòd ſynodus audit cauſam criminalem epiſcopi,licet definitionem Papæ reſeruet.3.q.6.accuſatus,& c.ſequen.et 5.q.4.duodecim.tamen committere non poterunt in hoc caſu: & iſti Inquiſitores non poterunt.inquirere,etiã vt inſtructam remittant cauſam.ſupra de appel. conſtitutis. quia non ſolum diffinitio, ſed proceſſus & Inquiſitio eſt ipſis interdicta per hoc cap.

Expreſſe.] quantuncumque igitur ſint uerba expreſſa generalia:puta ut inquirere poſſit cõtra quoſcunque cuiuſcunque conditionis , dignitatis ac ſtatus,non inquiret contra epiſcopos,† niſi illud exprimatur propter prærogatiuam epiſcoporum.ad idem infra de ſent.excom.quia periculoſum.

† Idẽ tra dũt hic Geminianus, & Francus,& alii.

Nuntiare.) quam cito poterunt propter periculum,quod ex facto poſſet inſurgere.concor.ſupra eo. lib.de cleri.ægro.cap.uno.

## Cap. XVII. ſup. fol. 109.

PEr hoc.

Generaliter.)Bene dicit,quia ſecus eſſet ſi fieret de certis criminibus, & perſonæ ſpecialis commiſſio:quantum enim ad illam cauſam præiudicaretur ordinariæ poteſtati ,ut ſupra de off.deleg. ſtatuiſti.quia generi per ſpeciem,& cap.infra de reg. iur.generi.cum ſuis concor.

Delegata ſi habent.)forte habent delegatam ab homine;quod accidit ordinario,cum Papa ſibi committit crimen.ſecus ſi eum monet ad ſuum officium excitando,quod dic ut ſupra de offi.ord.licet,& ca. graue.uel habent delegatam à iure,ſicut eſt uidere in hoc crimine , ſuper exemptos.ſupra eod. tit. ad abolendam,in fin.

† Eyme. 3.p. q.51.& 52.

Diuiſim.)ſic & plures† Inquiſitores communiter,& diuiſim de hoc crimine cognoſcere poſſunt.ſupra eo.ut officium,ſaluo eo quòd dicitur infra eod. cap.multorum.in clem.

Teneantur. ) not.quòd non dicit, poſſint : unde non relinquitur eorum uoluntati,cum ius hoc neceſſitati ſubiaceat.

Veritas inueniri.)ad quod elaborare iudex debet.14.q. 2. quamquam . ſupra de probationibus, quoniam contra.Sed quid dices ſi proceſſus† iſti inueniantur eſſe contrarij ? tunc ipſi conſiderabunt, qui proximiora loquantur , & per ipſorum dicta ſe iudices informabunt, ſupra de teſti. in noſtra.ff. de teſti.leg.3.9.diſt. ego ſolis.ſi autem epiſcopus ſecundum ſuum pronunciare vult proceſſum, Inquiſitor ſecundum ſuum ; quid iuris ? infra ſequitur.

† Zanchinus de hæret. ca. 15.num.2.

Deferendum.)ad idem ſupra de reſcrip.paſtoralis.

Sententia.)licet ergo de unius delicto inquiratur,per plures,etiam diuiſim,unica tamen ſententia fertur.Et ſic nõ obſtat.ſupra de offi.leg.licet.ff. naut.caupo.ſta.licet.ubi dicitur,ꝙ de delicto unius ſæpius non quæritur.iſti autem proceſſus,quo ad finem pro uno habentur:quia illa loquuntur quando iam pronunciatum eſt:quod dic,ut not.2.q.5. habet hoc proprium:& ſupra de accu.de his.

Idẽ hic Ioan. Monach. & Archid.

Remittatur.)quid iuris ? alias cum iudices diſcordant:† habetur ſupra de re iudi.cap.ult.

† Zanchinus de hæret. ca. 15.num.2.

Iura communia.)ſupra & infra hoc eo.tit.

Ordi-

Ordinationes.] *etiam hoc volumine non inſertas,† dummodo non his conſtitutionibus cõtrarias, infra eod.c.vlt.in fine.ſunt enim ibi reſeruatæ, & de his,loquitur proœmium hius libri,in fine.*

† Ey me.3. par.q.84.vbi dixi.

## Cap. XVIII. ſupra fol. 110.

VT inquiſitionis.] *Primo approbat,& ſeruari præcipit leges canonibus non contrarias, per Fridericum contra hæreticos promulgatas. Secundo præcipit rectores locorum parere Inquiſitoribus,ordinario,vel alteri eorum inueſtigatione, captione,cuſtodia.& punitione hæreticorum, & fautorem ſuorũ:eorum proclamationibus,vel appellationibus nõ obſtantibus:ita tamẽ ꝙ de illo crimine (cum ſit mere Eccleſiaſticum) nec iudicent, nec cognoſcãt:contra facientes,& nõ parẽtes, & eorum fautores excõmunicat.quã ſi per annũ ſuſtinuerint, vult eos vt hereticos cõdẽnari.hoc dicit.Ioã.And.*

Leges quaſdam.] *has leges fertur,quod Clemẽs ſub bulla redegerat, ſed eas aliter non habemus † quoad verba:habemus tamen quaſdam authenticas Friderici,de quibus etiam forſitã intellexit hic Bonifacius.C.de epiſcopa.audiẽt.authent. ſtatuimus. ſignanter ſuper l.iubemus. C.de hæret.authen.credẽtes.authen.ſi vero dominus:et authen.Gazaros. habebamus etiã olim quãdam ipſius cõſtitutionẽ in 5.cõpilatione,q̃ incipiebat : Hæc edictali.alias,hac decretali.& erat ſub titulo de cõſti. & eadẽ cõpilatio quæ incipiebat:Gazaros,ſub titulo de hereticis.*

† Hæ leges habentur in fine Directorii inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

C Tunc.] *hoc dicit,quia poſtea receſſit à deuotione Romanæ Eccleſiæ, & per Innoc. IIII. in concilio fuit depoſitus,ob certas cauſas. ſupra eod.lib. de re iudi.ad Apoſtolicæ.*

Quatenus.] *ergo alias non approbat,quia non tenent.concor.10.diſt.cap.1. & facit quod notatur 37.diſt.ſi quid veri.19.diſt.cap.1.*

Nominibus.] *concor.ſupra de elect. fundamenta.eod.lib.*

D Fideles.] *quis enim fidelis, qui non doleat fide læſa? infra de pen.felicis.ad fin.*

Catholicos,] *vnde non per Iudeos, hæreticos, vel Paganos,qui quoad prædicta ſuſpecti ſunt; & eſt ſimile ſupra de Iudæis.cap.penult.*

Vel eorum aliquo.] *hodie dic,ut in clem.eo.tit. multorum.§.ſane.& §.ſeq.*

Indilate.] *nota,quod ſententia lata ſuper crimine, ſtatim dilatione† poſtpoſita mandanda eſt executioni,quod idem probatur 2.queſt.1.ſicut.de pen. diſt.1.Adam.fallit in caſibus notatis.11.queſt.3. cum apud.quid iuris de aliis ſententiis latis ſuper perſonalibus,vel realibus actionibus, not. ſupra de offi.deleg. quærenti.*

† Gondiſalnus de hære. q.19.num.4. Ioan. Roias ſing.180

E Puniendos.] *quid ſi Inquiſitor, & ordinarius, diſcordant † in mandato,quia vnus mandat puniri per ſe condemnatum, alter mandat relaxari per ſe abſolutum? ſatis videtur ſuperſedendum, donec conſulatur Papa, ſupra cap.proxi.*

† Zanchinus de hæret. ca. 15.num.2.

Ordinationem.] *de ordinationibus loquitur Innocentii Alexan.& Clemen.quæ ſunt reſeruatæ, infra cap.vlt.*

† Habetur in fine Directorii inter litteras Apoſtolicas pro officio inquiſitionis.

Imperialem.] *ipſius Friderici,quam non habemus,† ſed approbata eſt ſupra in prin.Ioan. And.*

A Quoquomodo.] *ideſt principaliter,vel incidenter.concor.ſupra de ord.cog.tuam.ſupra qui fi.ſint leg.lator.cũ ſimilibus.alias tamen cognoſcit iudex incidenter, ꝙ non cognoſcit principaliter,C. de iud. quotiens.ſupra de reſti.in inte.c.pen.cũ ſuis concor.*

Cognoſcãt.] *nota,quòd licet regulariter de quare iudex cognoſcit † pronunciare debeat.ff.de iudi. leg.de qua re. ſupra de cauſa poſ.cum ſuper. tamen hoc fallit interdum:ſicut cum delegans reſeruat prolationem ſententiæ,ſupra de offi.deleg.ſuper queſtionum.ſynodus cognoſcit de cauſa criminali epiſcopi, & non pronunciat.3.quæſt.6.accuſatus. & capit. ſeq.5.quæſt.4.duodecim.idem in caſu, ſupra de reſcrip.cum contingat.vbi ad ſui inſtructionem de iuriſdictione cognoſcit is,qui ſuper illa nõ pronũciat, hic tamen vtrumque expreſſe vetatur, ſcilicet cognitio,& pronunciatio,quia iudex huius rei non eſt capax.concor.infra de ſen. excom.ſi iudex.*

B Indirecte.) *ad idem ſupra eo.tit.& lib.ſtatutũ.*

Scienter.) *ignorantes ergo nõ ligat conſtitutio. ad idem ſupra eo.tit.& lib.c.2.in prin.& cap. vt commiſſi.in fi.& cap.decreuit.*

Percuſſum.] *nota canonem latæ ſententiæ: & quia non reſeruat abſolutionem ſententiæ Papæ,ordinarius abſoluere poterit.ſupra de ſenten. excommunic.nuper.*

C Condemnetur.) *ad idem ſupra eodem tit.& li. cap. cum contumacia.*

## Cap. XIX. ſup. fol. 110.

CVm ſecundum leges.) *Bona hæreticorum, ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali:ſed apprehenſio bonorum fieri nõ debet per dominum ſæcularem,niſi prius pronunciatum fuerit ſuper crimine per iudicem Eccleſiaſticũ.*

Naturæ contrarias.) *in quibus ſexus perdit formam,& ſcelus eſt tale,quòd non proficit ſcire:venus mutatur in aliam formam.C.de adul. cum vir.*

D *& omnium carnalium criminum peſſimum, † eſt uſus cõtra naturã.32.quæſt.7.adulterii: & ſi totus mundus eo vitio vteretur,non excuſat.ea.cauſa,& q.flagitia.*

Eo ipſo.) *propter hoc facit ad propoſitum.*

Perdant.) *C.de inceſt.nup.leg.cum ancillis. & leg.ſeq.& leg.ſi quis.ff.de rit.nup.leg. inceſtæ. & inſti.de nuptiis.§.ſi aduerſus.*

Et mulier.) *repete,& cum ſecundum leges ciuiles mulier,& c.quare hoc dicam,videbis infra. & dic mulier ingenua,C.de rap.vir. leg. vna. §.& ſi*

E *quidem,in ancillis enim & libertinis non habet locum pæna bonorum,vt ibi.*

Humanam legem.) *C.de rap. virg.leg. una & bene dicit,humanam,ideſt ciuilem: quia ſecundum canonum legem ſecus:rapta enim ſecundum nos licite contrahit cum raptore,ſi prior diſſenſus tranſeat in conſenſum.36.quæſt.2.tria.& cap.ſeq. & ſupra de rap.cap.penult.& ult.*

Conſortibus.) *delicti:ut quia comitati ſunt raptorem in inuaſione uel rapina,ut in prææalleg. leg. una.C.de rap.uirg.§.pęnas autem.*

Ipſo iure.) *propter hoc facit ad propoſitum;& habes hoc in authen.de rap.mul.in fi.coll.9.*

Certo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Certoque caſu.] *cum parentes mulieris non ſuperſunt, nec alter eorum: vel ſi ſuperſunt, ipſi vel alter conſenſerunt in talibus nuptijs, hoc caſu bona deuoluuntur ad fiſcum, vt in præd. authent. de rap. mu. in fi. Sed nunquid de iure canonico habebit locum hæc pęna, cum ſecundum canones licite contrahat, vt ſupra dixi? not. Io. 63. q. 2. de puellis. alias. §. quibus. quòd pęna iſta locum non habebit ſecundum canones, ſecundum quos ceſſat interdictum, niſi cum ſponſa alterius rapitur, 27. q. 2. ſtatutũ. & accedat quod not. 2. q. 3. §. notandum. in fine. de ſecundis nup. c. pen. & vlti. & ſecundum hoc bene dixi ſupra, repete: & hoc ſecundum leges ciuiles, quia ſecundum canones contra. Sed ſatis videtur, quòd licet ſecundum nos teneat matrimonium, pœna legis habeat locum in his, quæ non eſſent de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, cũ enim illa ibi tractet de lucro captando, nõ de diminutione ſui patrimonij, & pœna illa ſibi per legem obueniat, quare lex eo quod cõfert priuare non poteſt? & accedat quod dixi infra de reg. iur. c. 2. ſecus forte in pęna, de qua in prædicta decre. vlti. de ſecũdis nup. ibi. n. priuat lex eo ꝙ nõ cõtulit. fallit. ff. de adop. l. ſi. arrogator. Io. And.*

Illicitas.) *vt is, qui defert arma, ferrum, & lignamina Sarracenis. de Iudæis. ita quorundam.*

Omittens.] *hoc habet locum in priuato. ff. de vectigalibus. l. ſi. §. diuus. in milite non, vt C. eo. ti. l. 3. & habes hoc quod hic dicitur, ff. eo. tit. l. commiſſa. C. eod. omnium. & l. ſi quis. cum ſimilibus.*

Bona hæreticorum.) *ſecus in bonis Eccleſiarũ, in quibus intitulati erant ipſi hæretici: vt in cle. eo. tit. volentes. poſt prin. Ioan. And.*

Grauius.) *ergo ſunt grauius puniendi, 24. quæſt. 1. non afferamus.*

Quam prædicti.) *ſcilicet contrahens nefarias nuptias: rapta quæ cum raptore contraxit, tranſuehens illicitas ſpecies, vel rerum vectarum profeſſionem omittens.*

Ipſo iure.) *determinatum ſit ergo quod olim dubitabatur per decre. ſupra eo. excommunicamus 1. 2. reſponſo. vbi dicebatur ita, quòd bona damnatorum ſi laici fuerint, confiſcentur, † intelligamus ergo confiſcentur, ipſo iure, vt hic vides, & intelligo ipſo iure confiſcata a tempore commiſſi criminis, C. eo. tit. l. 4. idem dico in crimine læſæ maie. ff. de dona. l. donationes. ſecus eſt in alijs criminibus. ff. de dona. l. poſt contractum. Et puto confiſcationem hanc locum habere etiam ſi ille catholicos filios habeat, & iſte textus non diſtinguit: ſuper hoc tamen fuerunt opiniones notatæ ſupra eo. tit. vergentis.*

† ... de Eym. p.q.109. ... dixi Zan ... de hær. ... reperto ... metho: ... dicatio.

Declarationem.) *quam hodie non habemus:*

Eccleſiaſticam.) *ſæcularis enim ſuper hoc eccleſiaſtico crimine iudicare non poteſt, ſupra eo. cap. xi. §. penult.*

Cap. XX. ſup. fol. 111.

STatuta.] *In prima parte vſque ibi: iubemus. concedit in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis procedi poſſe ſimpliciter & de plano. In 2. dicit quid iuris ſi ex publicatione nominum accuſatorum & teſtium, ipſis periculum immineret, & quid ſi non immineret, et fictiones vitari præcipit, ne dicatur periculum vbi non eſt, vel econuerſo: In tertia ibi:* conſtitutiones. *ſtatuta prædeceſſorũ ſuorum ſuper hoc negotio edita, his conſtitutionibus non aduerſa, corroborat.*

Quædam.) *aliàs quondam. aliàs quædam.*

Poſſit.] *non dicit per quos: intelligo ergo & per Inquiſitores hæreticæ prauitatis deputatos à Papa, & per ordinarios, & per delegatos. ad hoc eod. tit. per totum, in fi.*

Figura.] *Diſtinxerunt † moderni, qui no. iſtam materiã ſupra de accu. olim. Inno. Hoſtien. & Guil. in ſpeculo de Inquiſitione. §. nunc tractamus. uer. qd igitur. ſi autẽ detur poteſtas procedẽdi ſimpliciter et de plano, & ſine iudiciorum ſtrepitu, an addatur ibi illud verbum, ſine iudiciorum figura: vt in primo caſu, omnẽ iudiciariũ ordinẽ ſeruare teneatur in libelli oblatione, in exceptionibus, dilationibus, litis conteſtationibus, in iuramenti, & teſtium receptione, & ſententiæ prolatione, & alijs: ſed operabuntur illa verba; quòd ſi aliquid omittatur, non ideo uitiabitur proceſſus: & magis poterit partium aduocatorum, & teſtium inutilem ſtrepitum refrenare: tamẽ omittere nõ poterit litis conteſtationem, vel aliud ſubſtantiale, quod etiam de conſenſu partium omitti non poſſet, vt notatur ſupra de of. deleg. de cauſis. ſupra eod. lib. de re iudi. c. vlti. in ſecundo caſu, quando additur ibi, ſine figura, vt hic, nullum ordinẽ iudiciariũ ſeruare tenetur: ad hoc, C. de lati. li. toll. leg. vna. §. ſimilique modo. 2. tunc enim ſufficit ſententia; quamuis omiſſa ſolemnitate, vt probatur, & not. C. quorũ leg. l. vna: hodie dic ut in clem. de verbo. ſig. ſæpe: & vide ꝙ ibi not. in vltima glo. Sed dubitari ſolet, an inferior à Papa, etiã legatus, ſi in caſu aliàs nõ permiſſo à iure, poſſit cognoſcere de aliqua cauſa, vel eã cõmittere de plano, ſummarie: ſine ſtrepitu, & figura iudicij? Et videtur ꝙ non; abſurdũ enim eſſet dicere, ꝙ minor legẽ maiorũ tot vigilijs & laboribus adinuentã, tollere poſſit. de elect. Eccleſia veſtra. 22. diſt. inferior. C. de inoffi. teſt. ſi quando. & in cle. de electio. ne Romani. in prin. licet ſucceſſor conditoris, qui pari fungitur poteſtate, ipſam tollere poſſit. ff. ad Trebel. ille à quo. §. tẽpeſtiuũ. ſupra de elect. innotuit. ſupra eo. lib. de conceſ. præ. c. 2. & ipſe idẽ conditor, qui cõdidit. ſupra eo. lib. de reſcrip. ſtatutũ. §. 1. Et præterea regula dicit: beneficiũ iuris nemini denegari debere, infra de reg. iuris indultum. 28. diſt. de his. In contrariũ uidetur, ꝙ poſſit, q̃a legatus oĩa poteſt, quę Papa ſpecialiter ſibi nõ reſeruat: gerit enim vices eius, et ſi eſt de latere, maius omnib. poſt Principem imperiũ cenſetur habere, ſupra eo. lib. de elect. ſi abbatẽ. Itẽ legatus quando ſibi videtur, ſecundũ æquitatẽ procedit, ſupra de tran. c. vlt. & c. dicit Apoſtolus. in cuius loco videtur eſſe legatus: omnia mihi licẽt. 11. q. 1. aliud ad idem. ff. de offi. pro. ſed in aliam. in fin. dici poteſt, per iura prius allegata, quòd inferior à Papa etiã legatus † iuris ſolemnitates, quoad hoc tollere non poſſit, in caſibus non expreſſis, vnde contra inferiores nõ ſeruantes, prodita ſunt appellationũ remedia. 2. q. 6. per totũ. de appellat. per totũ. ſolus autẽ princeps poteſt ius alterius auferre: cognoſcat ergo & cõmittat etiã legatus, ordine iuris ſeruato. ad hoc ſupra, de uerb. ſignifi. ſuper quibuſdam.*

de iu-

† Eymer. 3. p. q. 55. ubi dixi. Conradus Brunus li. 4. de hære. c. 5.

Vide Baldũ in l. necquicquã §. de plano. ff. de offi. procon. & Imolam in c. ult. de cõfir. util. uel inut.

† Fælinus in c. 1. de reſcr. Bald. conſil. 330. lib. 4. Alex. conſi. 17. nu. 14. lib. 4.

de iureiu.ad noſtram.3.& c.ego 2. notatur ad hoc. A ff.de offi.proconſul. leg.nec quicquam. §. de plano. & §.ubi decretum.legatus enim hẽt ſe inſtar proconſulis:ſupra de offi.legati.c.2.eo.li. & proconſul ea,quæ cõmunia ſunt præſidibus, ſeruare debet, vt in præall.l.nec quicquam:in fin.nec in generali demandatione videtur mãdatum quòd ſpecialiter mã daturus nõ fuiſſet.ſupra eo.lib.de offi.vica.cũ in generali.& infra de reg.iur.cap.in generali.& delegatus à Papa,in cauſa ſibi delegata,maior eſt legato.de offi.leg.ſtuduiſti.& ordinario.ſupra de offi.de B leg.ſane 2.& tamẽ tenetur ordinẽ iudiciariũ ſeruare, ſupra de iudi.exhibita.de libel.ob.cap. 2. & 3. de litis conteſta.c.1.cum ſimilibus.Ioan.And.

†Eyme.infra 3.par. q. 75. ubi dixi. Repertorij uerbo: nomina. Gondiſaluus de hær.q.10. nume.4.

Periculum.]timetur mors:† vel detruncatio ipſorum filiorum; vel parentum ſuorum: vel deuaſtatio ſubſtantiæ ipſorum; vel his ſimilia.

Abſente.)ergo diœceſano preſente,coram officiali non fiet:niſi forte coram honeſta perſona, de qua ſequitur.ad idem ſupra eo.vt commiſſi.ſupra eo.li. de offi.ord.c.1.in fi.de temp.ord.cum nullus.§.

Haberi commode poſsit.]commode.22.q.2.ſi ciat homo.ff.de verb.ſignifi.l.nepos.

Promulgare.) vbi ergo non fiet talis promulgatio,licet indicatur ſecretum,reuelans excommunicatus non eſſet.

Epiſcopum.) ſimile ſupra eo. tit. Inquiſitores.

Iudicijs.)ſupra de accuſat.qualiter & quando. §.debet.& tradi debent nomina† cum dictis,ut poſſit & de falſo arguere,& ſe plene defendere,vt ibi: tamen ſi hoc omitteretur parte tacente,non puto uitiari proceſſum,ad hoc ſupra eo.lib.de accuſat. cap. 1.& 2.

Dicant.) ſimile ſupra de reſcrip. cap. cum contingat.

Conſcientias.)ſimile ſupra eo.lib.de reſcrip.ſtatutum.§.aſſeſſore.

Permanere.)non obſtante† eo,quòd in huius 6. lib.volumine inſertæ non ſunt:ſunt enim reſeruatæ per hunc textum, & de his exemplifica quod dicitur ſupra in proœmio huius libri ad finem: vt ibi dixi.

# GLOSSA ARCHIDIACONI

## SVPER SEXTO LIBRO DECRETALIVM

### TIT. DE HAERETICIS,

### c.Quoniam.

*SVMMARIVM.*

1 Degradatio duplex.
2 In dilectis degradatione dignis certa forma ſeruanda.
3 Solus epiſcopus qualiter ſacerdotum cauſas cognoſcere dicatur.
4 In iudicando ſeu degradando ſubdiacono, quot epiſcopi requirantur,
5 Per religioſos,hic clerici ſolum accipiuntur.
6 Litteratorum nomine qui intelligantur.
6 Intellectus huius cap.& dilectio, ſolus,qualiter hic intelligenda.

QVoniam.)Hęc decretalis multum fuit detruncata,& olim incipiebat; Et ſi contra,& cætera.

Degradationem.) 11.quæſt.3.Epiſcopus presbyter.

† Vide quæ dixi.3.p.in 9. modo proceſſum finiendi.

1 Ad huius† declarationem ſcias,quòd duplex eſt degradatio,ſcilicet verbalis,& actualis,& qualiter fiat vtraque,habetur infra eod.lib.de pænis.degradatio.& ibi dicetur quando quis degradatur.

2 Scias tamen,quòd ad cognitionem criminũ,propter quæ quis debeat degradari, habet ſeruari certa forma:& ad huius declarationẽ,vide quod legitur C & not.15.quæſtione 8.in princ.& quod notant Innoc.Hoſtien.ſupra de præben.graue.ubi dicũt,quòd in Inquiſitione ſacerdotum,diaconorũ, & ſubdiaconorum,& vbicumque de crimine agitur, de modo depoſitionis ab ordine vel officio, ſñia ferri debet.

3 Obſeruandum tamen eſt,quod dicitur in canonibus,de quibus fit hic mentio,ſcilicet 10.quæſt.7.felix.cap.ſi quis.& alijs capitulis eiuſdem quæſtionis,& 3.quæſt.6.accuſatus.reliquorum vero clericorum cauſas, etiam ſolus epiſcopus loci cognoſcat & finiat:ut 15.q.7.ſi autem.in fine.& dic ſolus, quoad excluſionem aliorum epiſcoporum, non ſui D capituli,ſine quorum præſentia eius ſententia irrita erit,ut dixi.ſupra eo.lib.de conſue.non eſt. niſi contra eos epiſcopus legitime præſcripſiſſet,ut ibi dicitur.Sed cum in præd.c.ſi autem.

4 Dicatur,quod certus numerus in cauſa presbyteri requiritur,uidelicet ſex:et certus numerus in cauſa diaconi,ſcilicet tres:& in fine concludat dicens: reliquorum uero clericorum,& cap. ut ſupra dixi: uidetur quod in cauſa ſubdiaconi iſte numerus non requiratur,ſed ab uno ſolo epiſcopo eius cauſa poſſit audiri & terminari.ad hoc quod legitur et not. 5.quæſt.6.iuxta. Sed dic,quod ſubdiaconus hodie gaudet eodem priuilegio quo & diaconus. ſupra de ſeruis non ordin.miramur. ubi not. Hoſtien. quòd iſti duo ordines, exceptis prohibitis, hodie in omni honore & priuilegio, quinimmo in omnibus adæquantur: ergo ſi contrarium tenere nolueris, da

ad hoc